congruere aut non administrate nostro nomine iure agi oportet
debeat secus itaq Pro gratia nr̃a et sui erga nos officij debito
Fid. V. ne fecerint.

Mandatum vniuersale ut capiatur nobilis dum pro accepta publica pe: cunia in militia non satisfecit.

Stephanus &c.

Vniuersis et Singulis Capitaneis Vicecapitaneis et eorum
loca tenentibus Fid. nobis dilectis gratiam nr̃am Regiam Fid. di
lecti. Deposuit apud nos in querella Generosus N. Rotmagister
nobilem N. acceptaab eodem nomine nostro pecunia pro qua nobis
contra hostem nr̃um Moschum militare debuerat debito suo non
satisfecisse neq etiam bello per nos gesto uti tenebatur adfuisse
quod quidem illius querimonia male nos habuit presertim cum id ipsum
eius factum cum ingenti Reipub. nr̃ae damno et iniuria coniunctum
esse videamus nobis vero interest rebus eiusmodi obuiam ire
Ideo Fid. Vr̃is id omnino habere volo ut postea quam per ipsum
Rotmagistrum nostrum hisce literis requisiti fuerint ac praedictus
Nobilis N. in ditione Fid. V. repertus fuerit contra eum iux
statutum Regni nostri nomine sancitum procedant illudq ipsum
statutum quod de non satisfactione per eos qui ad seruitium mili
tare pecuniam publicam receperint docet et decernit extendant cum
memorato statuto Regni quid a Fid. V. officio earum requiratur
satis expressis verbis circumscriptum sit Proinde Fid. Vr̃is illud
ipsum statutum executioni ita uti tenentur demandabunt idq
pro gratia nr̃a et pro eo quo nobis obstricti sunt officio debito. Datum &c.

Mandatum ad capitaneum de as: seruandis captiuis nobilibus.

Generose N. N. Capitanee nr̃ N. et in absentia illius Vicecapitanee
Fid. nobis dilecte gratiam nr̃am Regiam Generose Fid. nobis dilecte
in ea causa quae ratione homicidij Nobilem olim N. N. cum Nobq
N. in arce nr̃a N. detentis Vestiter sententium nobis fuit alla
tum Cuius cognitionem et Iudicium quoniam et in itinere et alijs
rebus occupati eramus ad proximum futurum Regni nostri Conuen
tum Varsauiam differimus. Quoniam autem pro parte ipsorum
captiuorum nobis est supplicatum ideo facile consentiendum duximus
vel putauimus quemadmodum quantum id ad nostrum spectat
officium consentimus ut praedicti Nobiles Captiui ex arctiori il
lo in quo nunc detinentur carcere liberentur neq tam stricte cum
eis agatur sed sub custodia in arce habeantur quousq nos de